

OB
II
1.
bonu
di tri
regi
num
peir
re su
stit.
fav
glo
cor
solu
DE
bet
in a
ta
er
ce
mi
Asa
rei
dat
do.
ipso
taria
bus
freg

Orat. Funeb. III. Dispositio.

*De Asa rege Iude, 1.Reg.15. vers.9.
Legatur textus, 2.Par.14. &c.*

Asa rex pius.

Aliis exem-
plum.

Loci.

Virecta pro-
fasi queam



N hac historia exemplum habemus pii & laudati Principis, qui quidem suos etiam in quibusdam nævos habuit, quos tamen seriò apud se deploravit & confessus est, & ignoscetiam eorum à Deo petivit, & obtinuit, & ad extremum piè mortuus est. Atque ita in hoc rege specimen & exemplar habent, omnes ii, qui in magistratu & eminentia aliquâ sunt, adeoq; omnes, cujuscunq; status homines, ut hujus regis virtutes imitentur, & vitia quæ in hoc & aliis proceribus reprehensione digna apparuere, vitent & detestentur, hoc est, ut studeant Deo, illius præceptis insistendo, placere, errata sua tempestivè, & opportunè corrigere, de iis dolere, & à pravis cupiditatibus & enormibus peccatis, sibi temperare.

Dicemus autem I. *De rebus laudabiliter ab hoc rege Asa gestis.*

II. *De morbo ipsius & causis, quibus morbum hunc sibi attraxisse videtur.*

III. *De*